Amplissime Magistratus!

Cum evidenti Iuris mei Arendatitii praejudicio fit, et factum est, quod, esto in ejus Praevaricato res Multa omnino 12. florenorum, et quidem in moneta conventionali, toties-quoties de sumenda, contractualiter statuta sit: erga meam tamen, tam Domino Consuli, et una Iudici, quam ipsi jam etiam A. Magistratui, verbaliter factam insinuationem, nullam contra eos assistentiam, obtinuerim, et obtineam.

Cum autem Contractus Contrahentibus vim Legis imponat, alioqui vero pacta, non observatis conditionibus, dissolvi oporteat:

Ob id ipsos ~~Praevaricatores~~ Israelem Hertzog, Salomonem item Weisz, et Samuelem Lönenfeld, iis ad solvendam praeviam multam, in resarcitionem cessantis Lucri, sub nunc praeteritis Nundinis per se mihi erepti, et, quod ex destructis carnibus, et aliis victualibus, quas, et qua pro illis provisorio modo comparaveram, realiter emersit, damni, cessuram; vel ad ipsum onus Contractuale, ultra mihi refundendos, quos in Contractuali hoc Beneficio debite fruendi fine conductum, et reparatum Quarterium investivi, 70. florenos; reluenda item Scamna, Mensas, Lecticas, et Lectisternia, Poculaq; ac Lagenas, et alia Requisita, in se recipiendum — sine meo influxu,

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E–mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

su, Magistratualiter stringi, meq[ue] adeo à Con-
tractu - in casu hoc posteriori absolvi, supplico.

A. Magistratûs

humillimus famulus
Lazarus Rozentzveig
[...]dicti Judaici Tractus
Accredutor.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Praes. die 4. 9br 821.

C.

№ 898.

Ad

A. Magistratum Liberae, Regiaeq Civitatis Zombor.

Lazarus Rozentzveig, sic dicti Judaici Tractus Arendator, sui hujus Juris Arendatitii Praevaricatores, Israelem Hertzog, Salomonem Weisz, et Samuelem Lönenfeld, vel ad solvendam sibi ... cessantis Lucri, et emergentis damni resarcitionem censuram Multam Contractualem; vel ad ipsum onus Contractuale, ultra reluendorum relui tionem, in se recipiendum sine suo influxu Magistratualiter stringi, seq adeo a Contractu in casu hoc posteriore, relevari supplicat

Per Adv. Steph. Trautheimer

Arch. 793. 821

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 287
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292